



h

h. 69, 21



Q. D. R. V.
VOTIVA TABVLA,
POST
ILLVCESCENTEM VIII. AVGUSTI CIC 10CC XXVI.
AVSPICATISSIMVM
NATALEM QVINQVAGESIMVM
SERENISSIMI PRINCIPIS,
AC DOMINI,
FRIDERICI,
DVCIS SAXONIAE, IVLIAE, CLIVIAE,
AC MONTIVM, UT ET ANGRIAЕ, ET WESTPHALIAE,
LANDGRAVII THVRINGIAE, MARCHIONIS
MISNIAE, COMITIS PRINCIPIS HENNEBERGIAE,
COMITIS MARCAE, ET RAVENSBERGAE,
DYNASTAE RAVENSTEINII, ET TONNAE,
PPINCIPIIS, AC DOMINI SVI
CLEMENTISSIMI,
propter supergressum feliciter primum magnum
ANNVM CLIMACTERICVM,
qui vitae humanae scopulus, & fatalis imperantibus vulgo creditur,
superatumque annorum aetatis numerum DEI populo sacrum,
commendatumque diuina autoritate
IVBILEI nomine variis immunitatibus dedicandum
susensa,
cum
ILLVSTRIS GYMNASII GOTHANI lustratio finiretur,
atque inuitanda esset ad solemnem supplicationem
PANEGYRIS.

GOTHAE, LITTERIS REYHERIANIS.

27

707A TABVLA
SERENISSIMI PRINCIPIS
AC DUCIS
HERIDERICI
DAGS SAXONICÆ ITALICÆ CULTÆ
FAMOSÆ COMITATUORUM MARCHIONI
CENSUS MARCHIÆ ET VALLATÆ
DIACTATÆ RAVENSTEINÆ
LITERARIE AC CLAVICELIA
HABENTUR IN LIBRARIA
BIBLIOTHECA
POLICKIANA



DVX SERENISSIME,
PRINCEPS, AC DOMINE
CLEMENTISSIME.



OTIVAM TABVLAM non cum POETA su-
spendimus potenti maris deo; sed propi-
tio patriae, & huius PRINCIPALI DO-
MVI SAXONICAE, ERNESTINAE.
QUE STIRPIS POSTERIS NVMINI,
DEO T.O.M. qui ex hac superioris se-
culi septuagesimi sexti anni octauo AV-
GVSTI die praesidium dedit, & dulce nostrorum temporum
decus, *SERENISSIMVM PATRIAE PATREM,*
FRIDERICVM, atque manifestissime huic
fauit muneri, dum NATALIS adeit *QUINOVAGESIMVS*, nec
deest, quod beatam reddere potest *SERENISSIMAM DOMVM*
FRIDENSTEINIAM, ipsius *SERENISSIMI PATRIS*
PATRIAE, & *SERENISSIMAE CONIVGIS*,
MAGDALENAE AVGVSTA E, ASCANIAE,
incolumitas, vtriusque sexus iuuentutis principum incre-
menta laetissima, & progressuum in scientia, & virtute ce-
lebitas, certa successio, & huic destinati SERENISSIMI PRIN-
CIPIS HAEREDITARII dudum spectata, & exterorum admiratio-
nem in se conuertentia ornamenta, pacata vndiquaque,
& suis bonis gaudens patria, sacrorum integritas, nec pro-

fligata res litteraria, nec impedita fructuosa ciuibus commercia. His affluentes opportunitatibus sub quinquagesimum PATRIS PATRIAЕ natalem boni, gratique ciues mirifice exultant, gratulabundi non sibi minus, quam vniuersae patriae, vtpote qui incidisse sibi videntur in populi Dei annum sacratissimum, IVBILEI nomine ISRAELITIS commendatum, nauctique fausti, festiuique temporis antistitem, legitimae immunitatis vindicem, PRINCIPEM BONVM, SAPIENTEM, & SVAE non magis DOMVS, quam PVBLICAE SALVTIS, & populi obnoxii studiosissimum, qui repraesentare possit, velitque clementissime similia illis commoda, quae Dei populus post quinquagesimum quemque annum consecutus est republica sua florente, quae videlicet fas, & iura sinunt expectare, atque aequi, bonique ciues pro ratione temporum, & status praeSENTIS poscere, & non temere, vel impie sperare possunt: nec non detergere labem, quae superiorum temporum vitio, & consuetudinis depravatione inoluit, a more, reque sacra, & litteraria; & qui his fideliter operantur, vindicare ab iniuria: maxime autem intercedere publicae cladi, & illi rerum perturbationi, quae vltimis temporibus intercepit publica gaudia, & caussa stetit, cur cessarent prorsus ISRAELITICI IVBILEI solennia; idque non impetu, vi, & manu armata: quibus publica incommoda asperantur magis quam sanantur, vel mitigantur: sed artibus FRIDERICIANIS ratione, consilio, prudentia, & clementia. Non vltima piis ciuibus laetandi materia est PRINCEPS ad hanc spem, fortunamque suam, & publicam non auspicatissime natus solum; sed prouidentissime seruatus, atque ad spei perpetuitatem auctus sobole copiosa, paternae indolis, & virtutis aemula. Spectata sunt manifesta propitia nobis prouidentiae pignora, & indicia in aditu matrimonii, vnde tantum robur, & decus CELSISSIMA DOMVS SAXONICA erat habitura: funus pene factus esset, qui sponsus erat omnium piorum ciuum yotis, & bonis omnibus propediem inter nuptiarum solennia

nia prosequendus. Certe excussus iam tum temere globus,
& medium corpus feriens penetrasset altius, nisi forte ob-
iecta subnectens vestem fibula fatalem ictum inhibuisset.
Vix dici potest, quo plausu populari exceptus, spectatusque
sit superstes post vulnus acceptum, nec exponi, qua solicitude
Gothanos percutiat quisque vulgatus rumor de tenta-
ta valetudine sui *FRIDERICI*? Trepidatum est imminen-
te anno climaëterico, qui Censorino autore, *difficillimus* est,
& in humanarum rerum fastigiis constitutis, multumque
magis, quam longe viuentibus fatalis creditur, nimirum
aetatis gradus, quem *complent anni septies septeni*, sive *vnde-
quinquagesimus*. Qui dum venit, praeteriitque saluo *SERE-
NISSIMO FRIDERICO*, facile intelligitur, quam impense
sibi gratulentur pii ciues, quod ipsum quinquagesimum an-
num emetiri vident tam optabilem PATRIAЕ PATREM? quan-
tusque consensus sit omnis generis, ordinisque hominum in
suspendenda tabula votiva, votisque cumulandis pro DILE-
CTISSIMI SVI *FRIDERICI* vita longissima, ut impletat, supe-
retque maiorem illam annorum seriem, Dauidicum vitae
terminum ultimum, quadrato annorum numero, nouenario
toties multiplicato, metiendum? quo *numero annorum vi-
tam humanam consummari putavit Plato, sanctissimus a Censo-
rino appellatus philosophus*. Certare pietate, & laetari am-
bitiosius successibus dominicis, quinquagesima maxime luce
natali, boni ominis non minus, quam sacri nominis plena,
nemini magis conuenire videtur, quam teneris futuri po-
puli gregibus, horumque ductoribus, & antesignanis, iuuenti-
ti, & magistris scholasticis. Illa enim votis maxime frui-
tur, & felix censenda est, quod sub talis PATRIS PATRIAЕ cle-
mentia, & prouidentia sibi ad omne virtutis opus, & cultae
mentis decus licet adolescere: hi autem opportuno hoc in-
digent vindice, si minus laborare velint in vitae genere la-
boriosissimo, & tueri vtcunque liberalium artium professio-
nem, negotium dudum conflictatum, & pene profligatum.

ut pote multorum ad alia conuersorum iudiciis contrarium,
plurium moribus infestum, adeo ut cum Romae omnis ge-
neris homines tolerarentur, nullo discrimine Troes, Rutu-
liue, probi, improbie, artifices, inertes, bonus ludimagister
Archias inde eiiciendus visus fit, & Romanae eloquentiae
princeps necesse habuerit omnem dicendi vim expedire ad
Gracchi cuiusdam accusationem refutandam, & bonum vi-
rum in ciuium Romanorum numero retinendum. Praui-
tatem enim sibi exprobrari, dum recta inculcantur: quia
ex veteris SAPIENTIS dicto adhuc πλεῖστοι ναοὶ inueniuntur:
aegre non solum ferunt manifestae vitiositatis infamia labo-
rantes; sed dubiae virtutis homines spectatores. Quorum
sane odiis succumberent optimi ludimagistri, nisi sub vimbra,
& clementia imperantium ingratum vulgo opus daretur
peragere. Cuius sub onere si ab ingratis impelluntur, & vr-
gentur, vt labantur septies, experianturque, quod iustis pro-
posuit Salomo; non labefactantur tamen, sed praesto illis
est supremi DOMINI auxilium, qui principum, procerumque
animos excitat ad subueniendum laborantibus. Repentinae
salutis autorem hoc pacto toties experti SERENISSIMVM
FRIDERICVM, quid non despondeant eius auspiciis in po-
sterum? quid pro ILLIVS, & SERENISSIMORVM pignorum in-
columitate non deuoueant? Pii huius sensus, & deuotae vo-
luntatis interpretes copiosiores esse voluerunt SELECTAE
CLASSIS alumni ingeniis, & studiis florentes, quorum paren-
tes FRIDERICIANIS beneficiis, & honoratis ministeriis or-
nati clarescunt: qui dum publico nomine in celebrando, &
dedicando NATALI DOMINICO, & illustris scholae lustrationi
imponenda coronide pii esse volunt, non poterunt tamen
dissimulare priuatas pietatis rationes, quae efficiunt, vt quae
dicenda illis erunt, & vouenda pro ritu, & ceremonia, di-
stiri sint ex animo vere deuoto, & bona fide non illustris
scholae solum; sed & suarum familiarum NVTRATORI in-
dulgentissimo vitam longam, & successuum prosperorum
perpe-

m,
ge-
ru-
ter
iae.
ad
vi-
ui-
ua
ar:
bo-
um
ra,
tur
vr.
ro-
llis
que
nae
VM
oo-
in-
vo-
TAE
en-
or-
&
oni
nen
uae
di-
tris
in-
um
pe-

perpetuitatem precaturi. Quod dum facere instituunt, suo quisque ratu, & arbitratu delectam dicendi materiam pro viribus est ornaturus.

AVGVSTVS LVDOVICVS MAHN, GOTHANVS,
celebrabit praecipuum patriae bonum, pacem videlicet, maxime religiosam, eiusque studium laudatissimum esse, exemplis IMPERII ROMANI capitis AVGVSTISSIMI, & potentiorum Europae principum non minus, quam SERENISSIMI PATRIS PATRIAE ostendet.

GOTHOFREDVS NONNE, GOTHANVS,
repraesentabit pacis recentissimae autorem celeberrimum, DVCEM de RIPPERDA, deque eius meritis, & fatis exponet, quod suppeditant publice auctorum ephemerides Germanice, & Gallice, Amstelodami, vt, & Hagae Mercurii nomine editae, maxime autem, quae eruditi auctoris opera Latine NOVORVM LIPSIENSIVM nomine publicantur.

BASILIVS AMADEVS DE GLEICHENSTEIN,

Calbensis Magdeburgicus,

demonstrabit fortunae PRINCIPALIS perpetuitatem in recta iuuentutis institutione sitam, & SERENISSIMAE DOMVS FREDENSTEINIAE principis iuuentutis natu tertii, 10. AVGVSTI, propter singulares corporis, animique dotes, Pragae AVGVSTISSIMO CAROLO VI. probatas, Caesareae legioni praefecti exemplo illustrabit.

Superef, DVX SERENISSIME,

PRINCEPS, ac DOMINE clementissime,

vt, quod SERENISSIMAE DOMVI VESTRAE bonis ominibus prosequendae fuit destinatum, inueniat aequos pii officii aestimatores, nec damnetur istud publicantis tabula votiuia, nec improbentur nouitorum oratorum conatus, sermonesque recitandi destituantur audientium frequentia. Ut istud tanto confidentius posset sperari, summe reuerendis, & nobilissimis ILLVSTRIS GYMNASII curatoribus repraesentatum est

QX 99d 993

VD 18

est institutum, eorumque impetrata est approbatio. Quod si sperabunt proceres, virique docti praesentes, fore, vt absenti SERENISSIMO PATRIAE PATRI, SERENISSIMIS FILIIS, COMITIBVSQUE spectatissimis non displiceant, quae Gothae agitantur, dabunt hoc NATALIS DOMINICI solennibus, & religioni, vt panegyrin non deserant. Congregabitur haec XII. AVGUSTI IN AUDITORIO CLASSIS I, post horam VII. ante meridiem. Publicabitur autem votua haec tabula pridie. Vt, quae publice nuncupabuntur, vota, per tempa scholasque, audiat propitius SERENISSIMAE DOMVI FRIDENSTEINIAE DEVIS, & rata esse iubeat per Christum, religiose precor, rogoque submississime, vt animis, linguisque declamantium faueatur, clementissimeque probetur qualemque hoc meum institutum: quod profectum esse ex animo salutis SERENISSIMAE DOMVS FRIDENSTEINIAE cupidissimo, studiosissimoque, vere possum affirmare

DVX SERENISSIME,

PRINCEPS, AC DOMINE CLEMENTISSIME,

SERENISSIMAE CELSITVDINI VESTRAE

Dabam Gothae
pridie NAT. DOM. VII. AVG.
CIO IOCC XXVI.

Subiectissimus

GOTHOFREDVS VOCKERODT,
IL. GIMN. GOTH. RECTOR.

N 6

Pon Wd 993, QK
f



Quod
r ab-
CO-
agi-
reli-
naec
ante
idie.
blas-
NIAE
, ro-
ium
hoc
lutis
dio-

ME,

ODT,

6

Farbkarte #13



h. bg. 21



Q. D. R. V.
VOTIVA TABVLA,
 POST
 ILLVCESCENTEM VIII. AVGUSTI CIC 10CC XXVI.
 AVSPICATISSIMVM
NATALEM QVINQVAGESIMVM
SERENISSIMI PRINCIPIS,
 AC DOMINI,
FRIDERICI,
 DVCIS SAXONIAE, IVLIAE, CLIVIAE,
 AC MONTIVM, VT ET ANGRIAЕ, ET WESTPHALIAE,
LANDGRAVII THVRINGIAE, MARCHIONIS
 MISNIAE, COMITIS PRINCIPIS HENNEBERGIAE,
 COMITIS MARCAE, ET RAVENSBERGAE,
 DYNASTAE RAVENSTEINII, ET TONNAE,
PPINCIPIS, AC DOMINI SVI
 CLEMENTISSIMI,
 propter supergressum feliciter primum magnum
ANNVM CLIMACTERICVM,
 qui vitae humanae scopulus, & fatalis imperantibus vulgo creditur,
 superatumque annorum aetatis numerum DEI populo sacrum,
 commendatumque diuina autoritate
 IVBILEI nomine variis immunitatibus dedicandum
 suspensa,
cum
 ILLVSTRIS GYMNASII GOTHANI Iustratio finiretur,
 atque inuitanda esset ad solennem supplicationem
PANEGYRIS.
 GOthaе, LITTERIS REYHERIANIS.

27.